Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



tus ypocrisim in vasis eorum Qui dicit vtique a me nos appropiquet
michi qui immundus es Isti fumus erunt in furore meo ignis ar-
dens tota die Ecce scriptum est coram me non tacebo sed reddam et retribuam
in sinu eorum iniquitates vestras et iniquitates patrum vestrorum simul dicit dominus
Qui sacrificaverunt super montes et super colles exprobraverunt
michi et remetiar opus eorum primum in sinu eorum Hec dicit dominus
Quomodo si inveniatur granum in botro et dicatur ne dissipes illud quia
benedictio est sic faciam propter servos meos ut non disperdam omnia et educam
de iacob semen et de iuda possidentem montes meos Et hereditabit
eam electi mei et servi mei habitabunt ibi et erunt camelorum in
caulas gregum et vallis achor in cubile armentorum populo meo qui
requisierunt me Et vos qui derelinquistis dominum qui oblitus estis montem
sanctum meum Qui ponitis fortune mensam et libatis super eam.
numerabo vos in gladio et omnes in cede corruetis Eo quod vocaui
et non respondistis loquutus sum et non audistis et fecistis malum
in oculis meis et quod nolui elegistis Propter hoc hec dicit dominus
deus Ecce servi mei comedent et vos esurietis Ecce servi mei
bibent et vos sitietis Ecce servi mei letabuntur et vos confundemini
Ecce servi mei laudabunt pre exultatione cordis et vos clamabitis
pre dolore cordis et pre contritione cordis spiritus vlulabitis Et dimitetis
nomen vestrum in iuramentum electis meis et interficiet te dominus deus
et servos suos vocabit nomine alio in quo qui benedictus est super terram
benedicet in deo amen Et qui iurat in terra iurabit in deo amen
quia obliuioni tradite sunt angustie priores et quia abscondite sunt
angustie priores et quia abscondite sunt ab oculis vestris Ecce enim
ego creo celos nouos et terram nouam et non erunt in memoria priora
et non ascendent super cor si gaudebitis et exultabitis vsque in sem
piternum in hiis quia ego creo Ecce enim ego creo Ierusalem exulta
tionem et populum eius gaudium et exultabo in Ierusalem et gau-
debo in populo meo et non audietur in eo vltra vox fletus et vox cla-
moris Non erit ibi amplius infans dierum et senex qui non impleat
dies suos quoniam puer centum annorum morietur et peccator centum anno-
rum maledictus erit et edificabunt domos et habitabunt et plantabunt